



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

8 Possessione sua nemo est amovendus, nisi praevia citatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

conferendo ut alicui incertæ personæ conferretur, *cap. in cui. eod. tit. in 6.* aut scriberetur pro incertis personis de incertis beneficiis providendo, tribuendo facultatem admittendi resignationes, & beneficia per resignationem huiusmodi vacantia, ut beneficia sex clericorum cedentium, vel decedentium personis idoneis conferendi, *cap. dudum. & cap. quamvis, il. 2. de prob. in 6.* & aliis diversis modis, ut in *cap. Abbatem.* & ibi glo. in *ver. faceret. de rescript. cap. si pro te eod. tit. in 6. cap. si super gratia. c. is cui. de off. deleg. cap. si Apostolica. de prob. cap. capitulo. de concess. praben. ubi que in 6. & Rot. decis. 11. & 13. de prob. in nov. ¶ nullum tribuebant jus ante illorum executionem, quia mandatum de providendo non habet vim provisionis. *Parif. cons. 57. numer. 53. & cons. 79. numer. 13. & 14. vol. 4. & Put. decis. 256. in fin. lib. 1. & non ligat manus habentis facultatem conferendi, quominus provisio per eum postea facta valeat. Ro. cons. 256. Rot. decis. 7. de prob. in nov. decis. 25. de concess. praben. in antiqu. & Staphil. de mand. de provid. §. prima igitur forma num. 2.**

Provisiones autem, ¶ in forma, dignum, sunt gratiæ perfectæ quarum vigore, constituto de idoneitate, nisi ante datam litterarum reperiat alicui jus quæsitum, quod expresse reservatur, ultra quod ¶ semper intelligitur reservatum *cap. quamvis in fin. cap. si propter. de rescript. in 6. Felyn. in c. 1. capitulum. n. 16. vers. adducitur ratio, de rescript. & Gomef. de non coll. jur. quas. num. 1. quas. 2. tribuunt jus, ita quod de potestate ordinaria alteri conferri non potest, & purificata gratia per examen, perinde est, ac si tempore datæ fuisset facta collatio, ut in clausula circa finem litterarum apponi*

solita: Nos enim si dictus. N. ad hoc repertus fuerit idoneus, ut præfertur, ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, ac si die datæ præsentium eidem ad id reperto idoneo de dicta ecclesia cum interpositione decreti huiusmodi mandavissimus provideri, ¶ quia decretum irritans omnia in contrarium gesta annulat ipso jure. *cap. si eo tempore. de elect. in 6. cap. quodam. de prob. eod. lib. Gomef. de trien. poss. quas. 49. numer. 3. & Cassad. decis. 3. de decret. in reser. numer. 1. quæ procedunt de plano, quando ¶ nullus reperitur contradictor, si verò aliquis se gerat pro possessore quomodocunque titulato, tunc est vocandus, cum nemo à sua possessione sit repellendus, nisi citatus, *c. placuit. 16. q. 6. nec, lite pendente, potest quis sua possessione privari, c. 1. in fin. & ibi Abb. n. 1. & 8. ut lit. pen.**

Non enim prohibetur quis ¶ suam possessionem continuare. *cap. cum teneamur, de appell. gloss. in Clem. 2. in verb. innovari. ut lit. pend. Dec. in cap. significante. num. 5. de appell. & Rot. decis. 10. de appell. in antiqua, potest enim possessor contra actorem opponere de subreptione, quæ ipso facto vitiat gratiam *cap. 2. de fil. presb. in 6. & Abb. in cap. cum nostris numer. 11. de concess. prab.**

¶ Nam pluribus de causis gratia Apostolica ad beneficia redditur nulla, si quis tacet exprimenda, quia impetrans ¶ tenetur facere mentionem de alio beneficio, quod obtinet, quantumcumque minimo. *cap. cum adeo. & ibi glo. in ver. præbenda. cap. postulasti. cap. si proponente de rescript. c. non potest in prin. & cap. si motu proprio. de prob. in 6. Felyn. in cap. ad aures. num. 5. de rescript. & Gomef. super reg. de valo. expr. in impetr.*